



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 75. Decreta Synodi Tornacensis, & Antverpiensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

que contra Catholicos a Protestantibus Sæc. XVII.  
oppresos initum: Tandem vero lenta A.C. 1643.  
tabe ejus viscera corruptente, die no-  
na Maij sibi ultimum vitæ discrimen  
impendere sensit, quo circa, ut erat ad  
pietatem natus, inter pietatis exercitia  
mori voluit, ac præmissa præteritæ  
ætatis accusatione præprimis deplora-  
bat, quod aliorum impulsu Reginam  
Matrem suam durius habuerit, & cum  
Hispanis pacem inire distulerit: Fun-  
debantur per universam Galliam vota  
pro Regis incolumitate; sed jam debe-  
batur cælo, quo eum avolasse speratur  
die decima quarta Maij anno ætatis  
suæ quadragesimo secundo. Successo-  
rat ei Ludovicus XIV. sub tutela Re-  
ginæ Matri suæ, sub consilio tamen  
Gastonis Ducis Aurelianensis, & eo  
absente Condæi Principis, & Cardina-  
lis Mazarini.

### §. LXXV.

#### *Decreta Synodi Tornacensis, & Antverpiensis.*

Hoc item anno Maximilianus Villani *Hartz.*  
a Gandavo Tornacensis Episcopus *Conc. Germ.*  
die vigesima prima Aprilis Synodus *tom. 9.*  
Diæcesanam celebravit, ibidemque Con-  
stitutiones Synodales ante biennium  
conditas in ordinem sub titulis redigi,  
ac

Sæc. XVII. ac promulgari jussit. Ex his præcipue  
A.C. 1643. notandæ sunt sequentes. I. Parochi  
indicta etiam gravi poena ad pueros in  
doctrina Christiana erudiendos admonen-  
tatur, etsi nonnisi unus duntaxat puer  
vel duo compärerent; quia diligentia  
Pastoris continuante, & Deo incremen-  
tum dante paulatim auditorum nume-  
rus aucturus esset: absentium vero no-  
mina Parochi notent, & Parentes in  
mittendis suis prolibus negligentes sæ-  
pius moneant, & refractarios apud Cu-  
riam denuntient. II. Parochi omnes  
in Sabbato & Profestis primas vespe-  
ras cantent. III. Filii in supplicatione  
festi Corporis Christi, & in aliis non  
induant superpellicea Clericalia, nec  
Virgines annum ætatis decimum octa-  
vum excedentes ad deferendos cereos  
eligantur. IV. Qui cum literis dimis-  
foriis ad aliam Diæcesin migrant, ad  
eandem reduces novam teneantur ha-  
bere facultatem excipiendi confessio-  
nes. V. Nec Jesuitæ sine scripta Epi-  
scopi licentia confessiones excipient.  
VI. Monentur omnes Ecclesiastici, ut  
abstineant ab usu tabacci, maxime in  
publico seu confortio Laicorum sub  
pœna arbitraria. VII. Ad querelam,  
quod Jesuitæ audirent confessiones, &  
prædicent in Ecclesiis Parochialibus,  
quin approbationem ad instar aliorum  
religio-

religiosorum exhibeant, statutum est, Sæc. XVII.  
ut deinceps illam exhibere teneantur. A.C. 1643.

Die autem vigesima octava Augusti  
eiusdem anni Caspar Nemius Antver-  
piensis Episcopus suam habuit Synodum  
in qua inter alia præcipue fancitum.  
I. Ut Nutriciæ non fuscipient proles a-  
lendas, nisi constiterit eas esse baptiza-  
tas. II. Confessarii cum foeminis pro-  
lixius non colloquantur, nec eas ad fre-  
quenter sibi confitendum invitent, sed  
illæ eo confitendi intervallo, quod ple-  
rumque Monialibus præscribitur, con-  
tentæ sint. III. Qui amissa voce ne-  
quidem signum pœnitentiæ dare pos-  
funt, absolvendi sint, si fidelium testi-  
monio constet, eos paulo ante Sacra-  
mentum pœnitentiæ petiisse. IV. Pa-  
rochi hæreticorum matrimonio non  
assistant, etsi alter tantum sit hæreti-  
cus. V. Nullus præsumat exorcisare  
maleficiatos, aut a dæmone obfessos  
sine speciali Episcopi commissione.

### §. LXXVI.

*Petri Camporei & Octaviani Raggi;*  
*Cardinalium obitus.*

Nonnisi duos ex Cardinalium Colle- *Maracc.*  
gio hoc anno deceſſe comperi- *Purp. Rom.*  
mus. Horum prior erat Petrus Cam- *Ciacon. in*  
poreus patria Mutinensis, qui literis *vita Pauli V.*  
appri-